

August Varenius

**Augustus Varenius SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor ordinarius.
Universitatis Rostochiensis Rector Ad Solemnitatem Angelorum, sancte
celebrandam & reddendam Jesu Christo magno Foederis Angelo, Tronorum,
Dominationum, Principatum, Virtutum Conditori gloriosissimo Pro Angelorum
praesidio & Sanctorum Triumpho debitam Eucharistiam, Die qui S. Michelis
Archangeli nomine in fastis sater est, Omnes omnium ordinum Cives
Academicos, solemniter invitatur**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835043>

Druck Freier  Zugang



RU Progr. 1652

Aug. Varennius

Joh. Corpinus

Aug. Varennius

Joch. Stockmann

Nicol. Schüpe

199
128
AVGVSTVS VARENIVS

SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum

Professor ordinar.

Universitatis Rostochiensis

RECTOR

Ad

Solemnitatem ANGELORUM,
sanctè celebrandam & reddendam

IESU CHRISTO
magno FOEDERIS
ANGELO,

Tronorum, Dominationum, Principa-
tum, Virtutum Conditori gloriosissimo

*Pro Angelorum presidio
& Sanctorum Triumpho*

debitam Eucharistiam,

*Die qui S. Michaelis Archangeli nomine in
fastus sacer est,*

Omnes omnium ordinum Cives Academicos,
solemnitè invitat.

—(o)—

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILL, Academ. Typogr.

Anno M, DC. LII.



I quæ solemnitas est, quæ plura & ampliora *Majestatis divina* exhibet spectacula, hæc certè est, in quâ *Exercituum & tronarum celestium*, quos sanctissimis suis ministeriis, & palatio *Majestatis*, apparitores gloriosos condidit ac destinavit **SANCTUS SANCTUS SANCTUS**, qui *sedet super Chrubim*, venerabilis & solemnus ad *Michaelis* expressum in fastis nomen, præscribitur memoria, ut vel à *tauro Gargani*, in *Gargano*, vel manifestato, sive in *Apuliâ*, sive *Rome* *Michaelis* Archangelo, ejusq; sive *rubicando*, sive ferrugineo & *Talassico*, instar *Curculionis Comici*, pallio, sub quo ater latere *Spiritus* potuit, cum venerabili *Bedâ*, *Drepano Flor. Sigeberto Gemlacensi*, *Surio*, *P. Damiano*, *Card. Baronio* alijsq; *Halophantis*, solemnus festivitatis originem *A. c. 480.* Pontif. *Felic. III.* coactam, arcessere, vel de fabulosis **MICHAELIS** apparitionibus, quas repræsentare potuit, qui benè didicit *μεταχηματίζει εἰς ἄγγελον Φωτὸς* aliquis ex obscurâ *Tartari* caligine *Genius*, pollucibiliter ineptire, vel *basilicarum*, quas præter illam *Apulie in Gargano*, *Rome* tres uni **MICHAELI** exstruxere, *Romani* lycophantæ, fallaces apparatus describere, vel de *numero Angelorum* ex *Alb. 2. l. c. Thom. de cas. loc. Ang. qui novem Angelorum choros, in singulis choris 6066. legiones: in singulis legionibus 600. Angelos numerant, & adeo totum illud innumerabile, ὡλῆθος ἑξαπλῆθος ὀρεγνίου in trecenties novies centena millia, noningentesies nonaginta septies millia, triginta item millia & 96. ANGELORUM* colligūt, audaçter nugas biatire, vel illud ἐν ταπεινῷ Φροσῶνῃ καὶ Ἰρηστικῇ Ἄγγελων καταβεβέμεσθ' quod in *Cerinthianis* damnat: in *Catholicis* probat *Baronius ad A. c. 60.* vel ex *Thomâ*, *Lombardo*, *Gregorio*, *Barlettâ*, qui ac si nudius tertius ex illis splendidissimis flammantium bellatorum *Cherubimorum* castris, cum principe *Dæmoniorum* s. *Beelzebule* in pallida *Tartari* castra, transfugæ defecissent, de **IX. ANGELORUM** ordinibus & divisis inter illos, pro *correspondentiâ premiorum & meritorum*, beatarum animarum agminibus, lepide splendideq; nugantur (*Primus*, verba sunt *Gabr. Barlettæ* in *hom. Mich.* ordo est *Angelorum* in quo ponuntur *virgines corpore & mente*, de quibus dictum: *Beati mundi*

mundi corde &c. 2. ordo *Archangelorum*, in quo ponuntur *penitentes maximi*. Tertius ordo *tronorum*, in quo ponuntur *misericordes*. Quartus ordo *Dominationum*, in quo ponuntur *patientes in tribulationibus*. 5. *potestatum*, in quo ponuntur *contemplativi & boni religiosi*, qui regulam & majorum suorum instituta servarunt: 6. *principatum*, in quo ponuntur *praelati, & personæ Ecclesiasticae, judices & officiales*, qui iudicium fecerunt. 7. *Virtutum*, in quo ponuntur virtuosus omnibus Theologicis & cardinalibus virtutibus præditi. 8. *Cherubinorum*, in quo prædicatores & Dd. qui verbo & exemplo docuerunt, ut *Franciscus, Dominicus, Vincentius*, 9. *Seraphinorum* in quo ponuntur ardentis charitate & amore Dei, ut *Joh. Bapt. & Apostoli*: super choros hos Angelorum nulla est nisi *Maria* fabulosam ineffabilis, soli q; cælo noti ordinis ANGELICI castrametationem, ac Tronorum, Dominationum, Seraphicam subordinationem definire, fœdæ sit audaciæ, instabilis ac fallacis licentiæ, & subtilis idololatriæ. Habent Sanctissimi SERAPHINI, habent *troni*, habent *bellatores illi flammei ac invicti*, quod supra illa *subbasilicanorum* nugatorum, & apud *Cloacinæ sacrum* plusquam *Pompiliorum* ac *απερμολόγων* delira nugamenta, & grandia miraculorum, quæ *ὄνει & πωλοῦσι*, mendicabula, illos attollat: habent, quod non minus solemnitatē ANGELICAM, quàm vel *Apostolicam*, vel aliam quandam festivitatem panegyricam ex præscripto Ecclesiæ institutam, peculiaritèr deposcat: tota SCRIPTURA excellentiæ SERAPHINORUM est monumentum: ECCLESIA CATHOLICA, omnis POLITIA, totus deniq; magnus & parvus mundus CHERUBINORUM exosculatur præsidium: nullum unquam fuit Majestatis divinæ sine illustri ANGELORUM præsentia, sine sublimis & interioris admissionis eminentiâ, sine gloriosa *λεπτοργία*, sine plenissimâ majestatis ANGELICA *δοξολογία*, repræsentatum. Theatrum: nullum extitit in genere humano illustris beneficii complementum, nec ipsum genus humanum, sine jubileis tronorum, sine triumphis principatum, sine beneficiis spectaculis potestatum & virtutum, sine flammis Seraphinorum, sine expeditionibus Chrubinorum: ut ita in ANGELORUM memoriâ, tota comprehendatur SCRIPTURA, tota CREATURA, & quæ unquam in imaginem suam, HOMINEM, Creator contulit, stupenda & tremenda mysteriis benefi-

beneficia. Quid mundi visibilis creatione divinius? & tamen illi
 quoque interfuit Angelorum chorus, quando *cantarunt simul omnes stellæ
 matutinae, & voce jubili vociferati sunt omnes Filii Dei.* Quid hominis
 architectonicæ, quid illis paradisi sponsalibus, ipso Dei filio (cujus ines-
 fabile delirium, vereque טעשועוּת erat in homine, imagine
imaginis Dei invisibilis) Paranymphe, pactis, sublimius? quos hic jubilos
 ANGELORUM bonorum exauditos esse in PARADISO necesse est?
 Tantum scilicet jubilorum apud electos Angelos extitit: quantum ex tam
 nobili, & excellentiâ imaginis ELOHIM Angelis compa-
 randa creaturâ apud illos gloriosi Palatij cœlestis extorres, desertoresque
 Tartari hospites, horrendorum extitit fremituum & terribilium odio-
 rum, qui proinde id operam in Tartareo dederunt comitio, ut imagine
 Elohim, quæ una erat HOMINIS excellentiâ, per versutissimum &
 mendacissimum, ex damnatissimâ suâ Erebo Spiritum, ereptâ,
 ex illo ANGELICO gloriæ & immortalitatis trono, ex amœ-
 nissimâ illâ Paradiso, in caliginosum & horrido æternarum catenarum
 strepitu terribile infandumque claustrum hominem invidendæ excellen-
 tiæ deturbarent. Cæterum quid hic misero, & jam in Diabolorum,
 desperabundam stationem delapso, HOMINI, non magis conditoris
 gratiam & misericordiam, quam DIABOLI opinanti, nedum medi-
 tanti, gratiosius illo PARADISI Evangelio, & promisso Ser-
 pentini capitis contritore JESU CHRISTO? quis hic iterum pane-
 gyrin inficiabitur ANGELICAM, quis Sanctissimos Angelos negabit
 hic jubileam intonuisse Musicam, DEO tam mirabile SS. Trinitatis so-
 natus consultum, DEUM scilicet ex homine HOMINEM nasciturum,
 & morte suâ mortis æternæ reum HOMINEM fractâ principalitate
 ἐξουσίαν ἡ ἀρχῶν infernalium, redempturum, publicanti? Cujus non
 aciem oculorum perfringunt Castra CHRUBINORUM flamma-
 tem quidem laminam terribili & admirabili fulgore repræsentantia: at
 bono ADAMI, cui noxia erat & damnosa his in calamitatibus im-
 mortalitas, in custodiam SACRAMENTI paradisiaci, & fir-
 mamentum muneris Protevangelistici, in illâ admirabili
 & præcellentissimâ visibili specie ad Paradisum posita? Quid so-
 lemnis & majesticæ νομοθεσία gloriosius? sed & huic terribili specta-
 culo ex Pharan per אַרְבַּע רֶבֶתֶת revelato adfuerunt *curruum Elohim myria-*
des, & iterata millia, vereque אַרְבַּע רֶבֶתֶת קָרָשׁ per quorum ordinatissima
 castra

castra f. *דארא קאס* Lex tonans, fulgurans, est publicata? Quid magnificis sanctissimorum Prophetarum visionibus est illustrius? JESCHAJAH vidisse se dicit ADONAI, vel, uti Chald. יקרא דיי i. e. uti Johannes exprimit: GLORIAM CHRISTI: at in hoc quoq; tremendo manifestatæ gloriæ palatio, aderant SRAPHINI, f. uti Chald. expressit: שמשון קרישין ministrantes sancti, qui faciem pedesq; præ majestate Conditoris velati, illum יהוה Zbaoth, etiam, ubi justo judicio excæcat populum Judaicum, ter Sancto per choros distinctè venerati sunt elogio. Neq; minus illà Seraphinorum apud Esaiam, illustris est Cherubinarum apud Ezechielem præsentia. Videt Cherubinos in troni Sapphirini amplitudinem, condensatos & protensos: vidit Cherubinarum unum circa Sacratissimum altare λειτουργούντα: vidit circa gloriosum Dei tronum inexplicabilem absconditarum potestatum majestatem, per 4. animalia, ex quatuor faciebus Cherubicis humanâ, leoninâ, aquilinâ, bovinâ constantia singula, repræsentatam, & quis ad hos tronos Cherubinos, flammis ac fulgure cõspicuos nõ oculos perstringatur? Quid DANIELIS cujus prætextam Sanctissimam ante annos purpuratam fecit, & SAPIENTIA incomparabilem DEUS, illustri ἐπιστολῃ eminentius? Venit, sedit, antiquus dierum. An verò sine Chrubinis & Sraphinis, sine tronis Angelicis? quin ipsi GHRUBINI, uti in Ezechiele, & Esaiâ, tronus fuerunt, cui insedit ANTIQVUS dierum: unde primo Tronos Daniel memorat positos, & quidem Tronus ANTIQVI describitur כס ודסי שבוכין די נור f. tronus ignis flammantis, rotæ ignis accensæ, fluvius igneus rapidusq; instar versatilis gladii egrediebatur à facie ejus, unde, id, quam ex ANGELIS? quos Tronos Col. 1. 16. Apoc. 4. 3. 4. 6. vocat Scriptura, & in quos dictum illud purpurati vatis: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos, ignem flammantem Pl. 104. 4. (errant enim qui hic ventos, coruscationes & fulgura μετεωρίζομενοι, ita resolvunt; ut Spiritus & ignis resp. illius factura se habeant Objectivè & hâc suppositâ, Subjectivè: מלאכין autem & ministri terminativè, f. illâ suppositâ predicativè, & sit propositio talis: per facturam illam Dei, Spiritus (venti) sunt nuntij (Dei) & πρὸς Φλόξ est λειτουργὸς Θεοῦ: vel qui rectè quidem resolvunt: at terminos non nisi accidentales in ANGELIS hic cum Chald. supponunt) Ille ergo flammans ignis ANGELICUS, illi Troni Chrubini, fuerunt ANTIQVI DIERUM tronus: bene ad illa verba celebris Ebræus:

Troni sunt Principatus Angelici superiores, regnis & imperiis præfæcti, qui
 appellantur à Rabbiniis nostris: Tronus Gloriæ & flammans ignis: quod cum
 Apostolicâ, Tronorum, Dominationum, principatum & potestatum An-
 gelicarum, ordinatione Col. 1. 16. convenit. Cæterum gloriosissimum in
 hoc præcellentissimo Danielis spectaculo, Theatrum dedit Filius homi-
 nis in nubibus cæli veniens ad antiquum dierum, qui dederit illi dominium
 gloriam, regnum, majestatem, talem sc. qualis conveniebat
 מלכותו וְשֹׁלֵטָא & שֹׁלֵטָא עלם. Sed nec huic comitia de fue-
 runt ANGELORUM: memorantur enim millia millium שִׁשְׁשֵׁי שָׁנִינִי
 s. ministrantium, & רַבּוּ רַבּוּ s. myrias myriadam assistentium ei, s.
 שִׁקְמוֹן קַרְמָהי. Ita omnia hæc sunt ignis flammans. Tronus, currus,
 rota, legiones ministrantes & assistentes, flammæ sunt, ignis sunt. Neq; aliud
 quàm Chrubinorum & Seraphinorum exercitus tronum Sapphirinum s.
 מַעֲשֵׂה לְבַנַּת הַסַּפִּיר LXX. illis præter Mosen representatum
 Exod. 24. 10. suâ Serenissimâ & ardentissimâ submissione DEO
 præbuit: unde iterum flammæ hic exhibentur: Species gloriæ
 JHOVAH quasi ignis ardens super verticem montis conspiciebatur Israelitis
 Exod. 24. 17. Quid admirabilius conceptionis & incarnationis mysterio?
 at hæc quoq; ANGELUS GABRIEL, quod felix faustumq; tibi generi hu-
 mano fuit, DEUM ex Virgine HOMINE M nasciturum, Virgini:
 DEUM jam natum in civitate David, εὐαγγελίζεταυ Pastoribus εὐγε-
 λῶσι. Audire ibi erat post unam ANGELI concionem Evangelicum
 totam multitudinem cælestis Exercitus, suum Δόξα Θεῶν intonare, & tam
 stupendum τῆς εὐσεβείας mysterium Dei incarnati celebrare. Sic CHRIS-
 TŌ in inexplicabili illâ agoniâ, Ἰσομβουσι αἵματος sudanti, ad fuit
 ἀγγελῶν ἀπὸ οὐρανοῦ ἐπιχύων αὐτὸν Luc. 22. 43. & nisi adimplendæ
 fuissent prophetiæ, plures quam 12. legiones evocari potuissent Matt. 26.
 53. Sic resurgenti jam JESU CHRISTO, adsunt Veteri, Candido
 scil. & fulguranti habitu ANGELI ἐν ἐοσῆσιν ἀστραπτοσσοις,
 facie item ὡς ἀστραπῆ Luc. 24. 4. Sic ascendenti in altum & captivam
 captivitatem in triumpho ostentanti JESU CHRISTO, præter illos, quos
 coruscans facies, & candidissima vestis Chrubina, ANGELOS viris
 Galilæis prodidit Act: c. 1. 11. Currus adfuerunt ANGELICI & bucci-
 natores jubilæi in multis myriadibus, & iteratis millibus, triumphantem
 Redentorem glorioso exercitu stipantibus. Neq; ut suavissimas
 troni

*troni & Chrubinorum Apocalypticæ expressiones taceamus, in augustif-
 simâ apocalypsi JESU CHRISTI de cælo, & magnifico judicii appa-
 ratu deerunt ἀγγέλῳ δυνάμει, 2. Theff. 1. 8. Sed simul ad illa oecu-
 menica comitia, El, Elohim, JHOVAH ex Zion convocabit terram ab
 ortu solis ad occasum ejus Ps. 50. 1. aderunt Angeli præcellissimi: Ps. 50. 2.
 & novissimū inflabunt classicum: aderunt buccinā intonantes mortuorū
 & vivorum comitia: aderunt suā apud benedictos patris cælestis, glorio-
 sâ: apud maledictos terribili λειτουργία: aderunt troni triumphali
 δοξολογία JESU CHRISTO, eidem & ut tronorum conditori, & ut EXER-
 GIT LIS DEI principi, & ut Angelo Redemptori tronos in æternum sub-
 missuri. Ita habet una ANGELORUM solemnitas, quod exprimit &
 totius Scripturæ & Ecclesiæ Majestas. Neq; in his sublimibus Theatris sub-
 sistunt Veneranda S. ANGELORUM ministeria. Vigilant hodiernum &
 circumvallant flammantia Chrubinorum castra Ecclesiam. Quantos
 olim jubilos, extitisse æstimatis JACOBO, præsidium Anglicum ex-
 perto. Trepidabat, quem simul durus Söcer dimiserat in Mesopotamia,
 juratus hostis frater Esavus in Palæstina invadebat, JACOBUS, & cum
 JACOBO impotentia in bellium castra: dum trepidat, MACHNAIM,
 MACHNAIM s. castra DEI, CASTRA ANGELICA exclamat,
 quibus Angelicis castris se, suaq; Castra circumdata videbat: hæc Ni-
 copæa Angelorum castra pro se excubatura, nec invictas pugnas detre-
 ctatura, securus jam Esavi, triumphabat: Non minus hodie Machnaim An-
 gelicæ excubant sine hibernis pro Ecclesiâ: non saltem contra mortalis
 conditionis: sed & infernalis caliginis hostes κρονονεπίτορας: nec mi-
 nus, si noster diviniore luce perfunderetur oculus, ut Elise famulus,
 falcatorum curruum, cataphractorum flammantium, Angelicos apparatus,
 terribiles adversarii Dei facies & acies Cherubinas, currus & equos igneos
 cernere liceret 2. Reg. 6. 17. Hoc Angelici præsidii beneficium Bernhar-
 dus mente reputans: Domine, exclamat, Dominus, noster, quàm admira-
 bile est nomen tuum: in universâ terrâ. Mittis homini Unigenitum tuum: im-
 mittis Spiritum tuum: promittis vultum tuum, & ne quod desit in celestibus
 ab opere sollicitudinis tuæ, illos etiam beatos spiritus propter nos mitti in mi-
 nisterium nostrum. Magna sanè dilectio est charitatis, quis, quibus, de quo propter
 quem mandaverit. Deus mandavit: angelis suis mandavit, de homine man-
 davit, & ut custodiant nos, ut in manibus portent nos, mandavit. In quovis
 ergo diversorio reverentiam exhibe angelo tuo, ne audeas illo præsentem, quod
 me*

me presente non auderes. Castrum animæ tuæ in terrâ inimicorum situm est, & undiq; oppugnatur à tribus hostibus, carne, mundo, & Diabolo. Neq; verò ita in hoc ANGELORUM festo candida & corusca illa flammantium Angelorum perlustranda castra sunt: ut non ipsæ inferni phalanges, ipsi Principes tenebrarum mente penetrandi sint. Est quidem damnatissimus ille Beelzebub exercitus $\sigma\epsilon\epsilon\gamma\alpha\iota\varsigma \lambda\omicron\phi\omicron\upsilon \pi\epsilon\pi\tau\epsilon\gamma\omega\sigma\iota \mu\epsilon\nu$ 2. Pet. 4. est quidem $\chi\upsilon\delta\epsilon\varsigma \kappa\alpha\tau\omega\omega\lambda\iota\varsigma \mu\epsilon\nu$ per $\iota\chi\upsilon\delta\epsilon\tau\epsilon\gamma\omicron\nu$ JESUM CHRISTUM aulâ & $\pi\alpha\nu\omega\omega\lambda\iota\alpha$ ejectus: projectus quidem est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & satanas seductor Occumenic⁹, ut, quod hodierni festi epinicion est, nunc salus, potentia & regnum sit Dei nostri, & potestas Christi ejus Luc. 11. 21. Apoc. 12. 9. 19. Verum ne securi, in hiberna, castra ducamus, prohibet VÆ Apocalypticum, Epinicio illi subjectum, prohibet excandescencia Diaboli tanto major furore, quò minor duratione: prohibet Draco magnus rufus, septiceps & cornutus, illi insidiatus puerperæ, quæ sole amicta, sub pedibus Lunam, in capite stellarum 12. gestat coronam Ap. 12. 3. 12. Prohibet Angelus ille in aulâ Israelis seductor Achabi Regis, Consiliatorum & 400. Prophetarum 1. Reg. 22. 19. prohibet ille Persiæ & Græciæ princeps in aulis illis consilia regiminis pervertere laborans, tanto successu, ut Angelus bonus Michaelis principis Angelorum, subsidio indiguerit Dan. 10. Audacissimus & impudentissimus est Spiritus: ad ipsum SANCTISSIMI DEI folium sese sistit: sublimibus exercitibus sese immiscet: Deo ipsi scelus suum aperit Job. cap. 1. 10. 11. ad increpationem usq; cum Michaele Archangelo de Mose & alibi de JOSUA coronando, spectatore Deo, contendit. Jud. c. un. Sach. 3. 7. Christum ipsum $\kappa\epsilon\tau\alpha$ poscit Matt. 4. Et nos securi erimus tam formidandi hostis quibus non est lucta adversus sanguinem & carnem: sed adversus imperia, adversus potestates, adversus $\kappa\alpha\sigma\mu\omicron\kappa\epsilon\tau\epsilon\gamma\omicron\varsigma$ adversus tenebrarum seculi principes. Eph. 6. 12. Absit, optumi Cives: quin potius mecum induite universam illam armaturam Dei, ut possitis stare adversus artes Diaboli. Sobrii estote, & vigilate: quare illud? Adversarius noster Diabolus $\omega\epsilon\pi\iota\tau\epsilon\tau\epsilon\iota$ i. e. circumcirca ambulat, vel, uti ipse Diabolus Deo respondet Job. 1. 9. $\text{וְשׁוֹשׁ בְּאָרְץ הַתְּחַלְּךָ בָּהּ}$ neq; saltem hinc inde obambulat: sed, quod terribilium, obambulat ut Leo rugiens, &, quod terribilissimum, querens quos absorbeat. 1. Pet. 5. 8. Hoc ergo AGITE & per sanguinem Agni & sermonem testimonii $\tau\epsilon\nu \kappa\alpha\theta\eta\gamma\epsilon\gamma\omicron\nu$ vincite. P.P. Rost. sub sigill. Rect.

4. cl. 13c L. I. die Michael. Archangeli.



CHRISTUS imperat &
 CHRISTUS victor, & i
 Cunctorum dominantium su
 Cum quo vincere & imperat
 Aut regnare, beatus is triu
 Extruamus *μνημόσυνον* aram, a
 phali, & in medio aræ hoc e
 mandemus. Nunc facta salu
 virtus & regnum DEI nostri
 TI ejus; quia dejectus est accu
 strorum, qui accusabat eos an
 strum die ac nocte. Faciamus p
 soluto olim Romani triumph
 in Capitolio votis gratiarum a
 solemniter rito persolvebant,
 ACADEMICI, qui in CE
 phatis, & quos CHRISTUS
 tes, ut Apollolus loquitur, fi
 lumus, ut ferias hæc Pascha
 rum devotione & debitâ gratia
 bretis. Bonam igitur militiam
 conscientiam retinete, corona
 tate, quam ut reportetis, open
 cum CHRISTO resurgere. C
 enim resurgere vita est.

mus.
 rex

trium-
 inscribi
 ISTO
 CHRI-
 tum no-
 tum no-
 quod ab-
 cupatis
 Diis suis
 , Cives
 trium-
 mphan-
 atos vo-
 animo-
 ne cele-
 bonam
 æ repor-
 est prius
 RISTO

Hæc

